

Anno Domini M^o C^o L^o XXXI^o. Imperator
nativitatem Domini Erfordie cele-
bravit. Et Christianus archiepiscopus
Maguntinus a captivitate solvitur. An-
no Domini M^o C^o L^o XXXII^o. Imperatore ut
anno priori militari copia Saxoniam
ingrediente, omnes pene ducis facto-
res ab eodem deficientes, imperatoris
se suaque dantes, in manus offerunt,
dominiumque suum, velut alienum,
derelinquunt, quem per solitaria loca,
^{scilicet} ~~seu~~ heide, cum paucis decedentem,
imperator cum suis e vestigio insequi-
tur, fecissetque satis eundem ^{compre-} ~~compre-~~
hendendo, si locorum difficultas non
obstitisset, que sibi erant nota, et licet
angusta sunt, tamen paucitati aditu
facilia, sed regi erant minus nota, su-
eque multitudini, et omnino aquosa
et inaccessibilia. Ceterum civitatem
suam quandam Lubbeck dictam, po-
tenter oppugnans, civibus deficienti-
bus in prohibitu, fortuna in dediti-
onem accepit. Post hec imperator re-
diens in Queclimburch super nego-
ciis regni tractans, prefatus dux in
arduo se positum, durumque sibi esse
nimis tarde considerans, totius in reg-
num infestationis conatum divisit, et
principes Ludovicum et Hermannum
fratrem eius, antegravios Thuringie et
Hassie, ob imperatoris offensam, jam in-
tegrum alterumque dimidium annum
in custodia detentis, ibi Goslarie tunc
manenti,

q. R.

q - tes c. // f. 113.

derelinqut
h - te c.

c) comprehendo c.

d) ~~aditu~~ = d) additu c.

e) - ne c.

f) quedam c.

g) redigens c.

h) fratres c.

goslarie